

# CLARISSIMO AC PRÆSTANTISSIMO VIRO, DOMINO MARTINO GRVBERO, AMPLISSIMÆ REIPUBLICÆ

Monacensis Archigrammateo dignissimo, Domino ac Adfini suo bene merito. S. P. D.

72



Votiescunq; memoria repeto, Clarissime Domine Adfinis, varias illas Iuris perdiscendi rationes, uix illa mihi commodior aut utilior uidetur publica exercitatione ac palæstra literaria. Nā licet domestica LL. enodatio haud parū emolumenti assiduo lectori adferat, concertationib. tamē scholasticis profectō eā nemo rete & quiparāit. Quid enim per Deum immortalem memoriam firmiorem ac fœliciorem reddit ipso hoc exercitio? Quid ingenij acumen ac dexteritatem apertius demonstrat? Deniq; quid frequenti argumentorum conflictu tot opinionum uelut inexpugnabilem hydram celerius prosternit ac demolitur? Hæc ego cum ante dies non ita multos altius animo meo reuoluerem, assertiones quasdam utiles nec à praxi alienas in publicæ disputationis usum collegi. Cæterum, cum is illis perpetuus mos sit, qui rationem anteacte uitæ uel uirtutis doctrinæ specimen in lucem proferre statuerunt, ut aliquem singulari prudentia morumq; integritate patronum sibi deligant, cuius autoritate ac illustri splendore contra male feriatos quosdam obtrectatores, qui uel honestissima quæq; uellicant, tuti consistant atq; muniti: non absurdè me facturum putau, si hasce meas conclusiones abortiuas, uerius quam maturo partu editas, non alij quam tibi, Adfinis perpetuo colendiſſime, inscriberem, tuoq; sub nomine p̄rælo committerem: Idq; primum quidem quod tuis plurimis officijs ac meritis iamdudum grati animi significatio aliqua deberetur: tum uero quod non ignorarem, simile olim & te in hac Vniuersitate florentissima tyrocinium posuisse. V'get nanq; adhuc & uigebit deinceps actus illius tui celeberrimi memoria, in quo p̄æſide magnifico atq; amplissimo viro Domino Ioanne Baptista Vuebro, I. V. Doctore excellentissimo, nunc Sacræ Cæſar: Maieſt: Consiliario aulico primario, de Iure ita respondisti, ut maximam laudem summumq; studiosorum omnium applausum consequerere. Tuæ autem, Adfinis p̄æſtantissime, cum humanitatis tum constantiae est, quantulascunq; has meas lucubrations, tanq; agelli mei primitias quasdam non auersari, sed benigno uultu suscipere, complecti, atq; defendere. Hac quippe ratione me & ad respondendum alacriorem et ad maiora in posterum capessenda multo magis animatum reddideris. Bene uale, & meam in te obseruantiam ama. Ingolstadij prid. Non. Ianuarij, Anno M. D. LXIX.

T. E. Addictissimus,

Wuolphgangus Hungerus Iunior.

Diuino aspirante auxilio: consentientibus, Decano, cæterisq; clarissimis ac excellentissimis facultatis Iuridicæ Professoribus: Præſide Ioanne Richardo ab Ols, Syluæducensi, I. V. Doctore, Codicis & ordinario Institutionum Professore: subsequentes conc

tendere V.H.I.

DISPUTATIO DULCIERIAE ET MAXIME OVOTIDIANÆ L. ASSIDVIS, C. QVI POT. II. J. HAB.

- I.  
1. Atrimoniū contractum inter omnes longè saluberrimum existere, neminem putamus esse qui ignoret.  
2. Ut quo solo humanum genus, quoad uidebitur eiusdem authori, pulchro conseruabitur ordine ac propagatione.  
3. Quod cum I.C. nostrī p̄æuiderent, eiusdemq; excellentiam agnoscerent, in nullam ferè rem singularis Iuris beneficia tam liber aliter contulerunt, atq; in hanc matrimonialem.  
4. Ut ad replendas liberis hominibus ciuitates nihil huic SS. contractui obstatet.  
5. Cui cum dotes maximè deseruant, imo uix contingat uiri atq; mulieris indiuiduam uitæ societatem, continentem coniunctionem, fieri sine his; duplex introducta fuit actio, tum ut constitutæ dotes exigerentur à maritis ad sustinenda matrimonia, tum ut solutis illis restituerentur ad iterandas nuptias.  
6. Qua quidem in re mulieribus tantoperè fautum est, ut pro dote sua agentes omnibus creditoribus etiam anterioribus expressam hypothecam habentibus, p̄æferantur.  
7. Siue liberos habeant, siue non.  
8. Nā & mulieri septuagenarī, licet nulla spes liberorū affulgeat, si tñ cum dote nupserit, hoc L. nostræ beneficio succurretur.  
9. Siquidem oportet maritos creditorib. suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos uictus suasq; alimonias mulier possidet.  
10. Cæterarum uero quis nō misereatur: propter obsequia quæ maritis plæræq; p̄æstant, propter partus periculum ipsamq; liberorum procreationem, & deniq; quia & corpore & substantia & omni uita maritus fruitur.  
11. Dotem sane confessionatam, uti ueram non posse repeti, palam est. Ideoq; mulier si istam petierit, legitimo ueræ dotis priuilegio non gaudebit.

12. Quoad dotem Putatiuam, erimus in utrumq; parati.  
13. Certis porro in casibus legem nostram non procedere, ingenuè fatemur. Primipilarem nanq; causam, si cum dote concurrat, illi ipsi p̄æferri non ambigitur.  
14. Quo quidem iure non immerito & is qui sumptum funderis fecerit, censendus est.  
15. Aequissimum quoq; inter cætera arbitramur, illud quod in Thesi 6. asseruimus, non in dote solum, sed & in augmento ipsius locum obtainere.  
16. Quantumuis longè alia in donatione propter nuptias, quoadhunc casum, sit dispositio.

## IMPERTINENTES.

- I.  
A ctiones sunt de Iure Gentium, excepta solenni earū forma:  
2. Inde falsa est ratio Alciati, pacti nudi obligationem Iure Gentium executioni mandari nequiuisse, quia nullæ eo iure existant actiones.  
3. DD. opinionem, qua afferunt, non posse res incorporales uendicari, ultra Herculis columnas rejicimus.  
4. Præterea quod Salycetus ait, oportere mobilium rerum æstimationem in inventario ponī, nullo iure doceri posse, defensum est.

Disputabuntur hæ Theses, (fortunante Deo) proxima dic  
Veneris, quæ erit 14. Ianuarij, circiter medium  
octauam, in scholis Canonistarum.

Ingolstadij excudebat Alexander Vveissenhorn.

GRANADA COMMISSIONATE

ANNO DOMINI MCCCCLXVII. A. M. 25.

7

Diecincinque Domine Aquino Chirurgus debet esse libere audiendi et emendandi mentem suam.

卷之三

Die Vorbereitung auf die Prüfung ist eine sehr wichtige Sache.